



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1572 usque ad annum 1581

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1772

VD18 90118642

§. 90. Montluci oratio in comitiis pro futura electione Varsoviæ celebratis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67232](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67232)

Sæcul. XVI. scopi importunitatibus sese eximeret, nunquam tamen de Andegavenſi Duce ad hoc regnum evehendo cogitaſſet, ſi Cæſarem ſuum Vitricum pro Erneſto Archiduce Filio ſuo hanc coronam petiſſe ſciviſſet, ac propterea, ut illius electionem magis expeditam redderet, Rex Montlucum quantocius revocare ſtatuſſet. Verum utriuſque epiſtolæ falſitas poſtea detegebatur.

§. XC,

Montluci oratio in comitiis pro futura electione Varſoviæ celebratis.

*Thuan. l. 56.
pag 951.
Gratian. in
vita Com-
mend. l. 4.
cap. 11.*

Postea Valentinensis Episcopus eloquentem juxta, ac solidam concinabat orationem in comitiis pronuntiandam, qua Polonorum animos efficaciter perſuaderi ſperabat: ut vero hæc oratio a pluribus intelligi poſſet, illam ex latino in Polonicum idioma transferri, ac Cracoviæ imprimi curabat, ipſus autem inde Varſoviam contendit, quo etiam Hispaniæ Legatus venerat, Archiducis partes propugnaturus.

Porro hæc comitia, ad quæ triginta Nobilium millia confluxerant, in ſat ampla planitie ſub tentoriis celebrata fuere, atque hujus univerſalis congreſſus pro electione habendi dies præfigebatur

Sæcul. XVI.
A.C. 1573.

batur quinta Aprilis anni post Christum
natum millesimi quingentesimi septua-
gesimi tertii. Ibidem invocato Spiri-
tus sancti auxilio hæc sancita fue-
rant. I. Exterorum Principum audian-
tur Legati, & Orationum ab eis habi-
tarum exemplaria triginta duo, tot
enim erant provinciæ, seu Palatinatus,
tradantur, II. Palatinorum quivis ad
suæ provinciæ nobilitatem has oratio-
nes deferat, III. præcipuis aliquot
Senatoribus injungatur, ut singularum
petitionum, quas Oratores proposituri
essent, merita discutiant, atque sincere
congregatis cujuslibet competitoris
prærogativas, dotesque exponant, una-
cum utilitatibus, & periculis, quæ ex
eorum electione oriri possent. IV. his
peractis, a Senatoribus, & universa
nobilitate suffragia exquirantur, & in
quem universi totius Regni Ordines,
consentientibus inter se judiciis, con-
venirent, is legitimus Rex habeatur.
Equidem ab initio Senatorum votum
erat, ut prius de legibus, & statutis
condendis ageretur, & tum ad electio-
nem procederetur, propterea Prote-
stantes, qui apud Polonos Evangelici
dicuntur, petebant, ut non tantum
per statuta Sectæ suæ securitati cavere-
tur, sed etiam is, qui in Regem eligen-
dus est, illos nullis legibus adversus

K 3 fidei

Sæcul. XVI.
A. C. 1573.

fidei Catholicæ desertores in Polonia stabilitis subjicere, nec contra eos pænis, ac suppliciis agere posset, quinimo cuilibet liberum sit, quamcunque is opinionem voluerit, tueri, ac pro suo arbitrio cultum, dummodo honestum, Deo tribuere valeat. Verum Gnesnensis Archiepiscopus Cleri, ac Senatus princeps, necnon ceteri omnes Senatores Catholici temerario huic petito acriter sese opponebant, declarantes, nihil se quidem contra Evangelicorum libertatem facturos, imo potius omnia passuros, quam ut ob eam causam ad bellum civile deveniretur: sed iidem periculum subesse demonstrabant, si concessa conscientiarum promiscua libertate, etiam publicis edictis firmata, porta sectis, & omnis generis monstriosis opinionibus aperiretur.

§. XCI.

*Cardinalis Commendonus in comitiis
auditus.*

Thu. l. 56.
p. 952.
Gratian in
vita Com-
mend. l. 4.
c. 10.

Cum ejusmodi contentiones rem in longius protraherent, metusque esset, ne ob nimiam dilationem Nobilitas sumptibus hanc in rem faciendis, necnon longioris moræ tædio gravata interim dilaberetur, hinc Montlucus tandem obtinuit, ut præprimis Legati audirentur, ex quibus prior verba fecerat